IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 62r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

quedam vestigia eius effudi dilatauit anima mea in me
vt relictis omnibus exteriorib⁹ contemplaret in meipso
aliquid tale qd sit deus meus sed cum nec in exteriorib⁹
nec in anima mea deum inuenirem quia hec variabilia
invariabilis deus excedit hoc feci quoma tabo in admira-
tabernaculum domini ubi deus multa mirabilia fecit in
sanctis suis vt ibi intuear sapiam admirabilem fidei que
docetur in ea et admirandas virtutes quibus multi fideliu
resplendent et inde mente p contemplacem p-uenam usq
ad domu in qua clare videbo deum meum

Inde trahos inde suspiro festinantes accedere ad dominum dei
quia ibi erit Gaudium et exultacio de bonis habitis con-
fessio laudis de beneficis gre susceptis spiritualis refectio
mire suauitatis

Propheta loquit ad anima sua consolans tabescentem per
secutionib⁹ et calamitatib⁹ huius seculi dicens

Quare tristis es anima mea et quare conturbas
me cum de adiutorio diuino certa sis quare tristaris
Adue-sus hoc salutare remedium sequit Spera in domino
quia spes eius omnia emutat in melius et ad eternum
gaudium p ducit quos seculi huius tristicia in afflictione
concluserit beati em qui lugent qm ipi consolabuntur
consolare ergo anima mea quoma ad huc laudabo eum
dicens tu es saluator participes humanitatis mee et deus
meus

Sed quia in me non est firmitas pstrepit em mundus et caro
grauat nec est mihi spes de viribus meis A d ipm
anima mea turbata est propterea nec euadam istas
tribulaciones memor ero tui in suma velocitate curro ad te
in humilitate quam iordanis designat et memor abrenun-
ciacionis dyaboli quam in baptismo fecit quod p hermonim
intelligit et cum voluntate faciendi que tibi deo meo
placita sunt semper

Decet vt memor sim tui qm euangeliu et lege que pter